2 Rescriptum vitiatur nedum quādo tacetur causa finalis que si fuisset expressa princeps nullo modo concessisset sed etiam quando tacetur causa que si fuisset expressa adhuc princeps concessisset sed non ita de leui vel de facili.

3 Cui est commissa cognitio cause potest iudicare: ⁊ subintelligitur commissum quod iudicet.

4 Mendacium ita potest committi tacendo veritatem sicut exprimendo falsitatem.

5 Testis ita debet puniri pena falsi qui scienter tacet veritatem sicut qñ exprimit falsum. Adde text. i. c. j. ⁊ ibi ad hoc no. Pano. de cri. fal. ⁊ tex. not. in. c. quisquis. xi. q. iij. ⁊ Bart. no. in. l. ea que cōmendandi. per ilum tex. ff. de cōtrahē. emp. Bald. in. l. nullū. C. de testi. ⁊ in. c. fraternitatis. in fi. extra eo. facit q̄b in simili vult gl. in. c. ſi quis de laicis. in verbo suppumere. ff. q. ij. ⁊ q̄b vult Bal. in. c. inbenuus circa fi. C. de test. ⁊ q̄b vult Archi. in. c. hortamur. iij. q. ix. facit q̄b vult Ang. in l. argētarius. ℣. fi. ff. de eden. ⁊ Bal. in. c. de testibus. extra de testi. ¶Adde etiā Bald. in. l. presbyteri. in. iij. no. per illum tex.

6 C. de episco. ⁊ cleri. vbi etiā inferius infert† q̄b testis studiose assignans causam non concludentem tenetur pena falsi. Item q̄b testis qui dicit se nō recordari punitur de falso quādo verisimiliter debet recordari. ¶†Tertio adde quod notant⁹ incidit in falsum non scium aliquid falsum scribendo sed etiā aliquid principaliter omittēdo. ita no. Bal. in. l. facultas. circa fi.

7 8 per istū tex. C. de iure fi. li. x. ¶†Quarto adde ꝙ testis iurat⁹ qui nō dicit veritatē conuenitur actione in factum ad interesse ſm Bal. in. c. de testibus. extra de testi. ⁊ dicit quod est subtile dictum. ¶Limita predictū notabile quatuor modis. Primo quando testis assumpsit officiū testificādi: alias secus. ita probat tex. cū gl. in. c. ne quis arbitret. xxj. q. ij. ⁊ ita in specie limitant Sof. ⁊. d. Ant. de but. in. c. j. de fal. ¶Scōo limita qñ testis iuraūit. secus si recedat vel se occultet ante ꝙ iuret ſm Bar. ge. in. d. Largētarius. ℣. fi. ⁊ ibi clarius Bal. ⁊ in. c. j. in p⁹in. si de inuesti. iter. d. ⁊ vasal. lis oīa ⁊ in. l. data opa. in. ꝙ. col. C. qui accusa. nō pos. ⁊ in. l. presbyteri. in vlt. col. de epis. ⁊ cleri. ⁊ in. l. iij. ℣. si tibi. ff. de. 2di. ob tur. cau. Pet. de ancha. in. d. c. i. de cri. fal. sed nō est sine dubio cū mihil referat quātō ad penam falsi an testis deponat cum iuramēto vel sine, ꝛcludit Bar in. l. ſi quis legatum in prin. in vlt. col. ff. de fal. ⁊ latius Jo. and. in regula nō est sine culpa. in merc. Cy. ⁊ Bal. i. l. i. C. de sepul. vio. bal. in l. usurā. C. de test. do. Ant. de but. in. c. cum causam. in vlt. col. post Jo. an. de testi. Pano. in. c. de testi. in vlt. col. eodem titu.

¶Tertio limita qñ testis iurasset dicere plenam veritatē aut simpliciter: secus si iurasset ad interrogata rīdere per tex. not. in. c. cum dilecti. el. j. de accu. p quē tex. ita limitat do. Anto. de but. in cōsulto. c. super literis. in. i. no. de rescrip. Pano. in. c. j. de cri. fal. Fuis reprobet Jo. and. Jmo. in. d. c. super literis.

c ¶Quarto limita dictā cōclusionem procedere in teste: secus est in parte. glo. est in. d. c. ne quis arbitretur. in gl. i. mag. ad fi.

¶Item ex predictis habes nouam limitationē ad gl. 2mnnit

9 ter approbatā in. l. ſi mora. ff. sol. matri. † que dicit q̄b grauius est delictum quod cōmittitur faciendo ꝙ omittendo. fallit q̄b tum ad puniēdam testem de falso qui eque punitur de falso ſi deliquit omittendo ⁊ ſic tacendo veritatem sicut faciendo. ⁊ sic dicendo falsum. ¶Capio gl. in verb. iuris. quā duplo in tres put tres ponit intellectus ad istū text. secūda ibidem ergo. tertia ibi, vel dic iuris. ¶In ea. gl. ſi. ad fi. tene ſm ꝙ plan⁹ est: ex

10 primo tamen intellectu no. regulā generalē† ꝙ surreptio iuris cōis nō vitiat rescriptū: eo qz imperator⁹ dicit decipi. cū oīa iura

d ° cēseat habere in scrinio pectoris. Loim. C. de test. c. i. de cōsti. in. vi. ⁊ c. sepe. in pnc. de ap. ⁊ licet aliqñ princeps erret in iure. l. iij. ad fi. cum gl. ff. de sup. leg. tamen presumptio est in contrarium vt declarat gl. in. c. ꝓterea. xxiij. dist. Alibi dicit Bal. in. c. j. in vlt. col. de cofed. qñ licet papa sit doctor⁹ vtriusq3 iuris: eo ipso q̄ est papa, tamē est doctor⁹ authoritate sed nō sciētia. Pro ista 2clu. gl. facit q̄ ſz Lud. ro. i sing. cxxviij. qñ inci. vtrū nobilis. vbi refert fuisse rome cōnē de facto coram dñis audito rib⁹ Rote in p⁹ons cuiusdā nobilis de Fracia qui effect⁹ monach⁹ supplicauit pape ꝙ quodā bñficio ecclesiastico dicens se esse nobilē: cū tamen sua nobilitas per p̄fessionē monachatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

expirauerit.gl.in.c.j.de purga.cano.z in.c.eã que. de sta.regu. fuit pronũtiatũ per dños de rota tale rescriptũ valere ꝙ talis surreptio fuerit circa ea que in iure ꝙsiſtũt:in quibus papa nõ potuit decipi ab impetrãte. ¶ Ex secũdo intellectu gl.no.qua
31 tuor cõclusiones. †Primo no.ſm Bar.in ſi.cõmenti sui,qõ ꝛ princeps ꝓsumat habere oĩa iura in scrinio pectoris:tũ non ꝓsumit habere notitiã de cõsuetudinibus specialib⁹ locorũ imo eas ꝓsumit ignorare:vt hac glo.z expresse tex.in.c.j.de ꝙsiſt.in.vj. Limita dupl'r.Primo nisi ꝙsuetudines sint multũ vulgate vel multũ generales:qr ꝓceps ꝓsumit eas scire ſm Bal.in.l.ĥ.ad ſi.C.que sit lon.consue.facit ꝙ dicit Bal.in rub. de cõsue.rec.feq.ꝙ sicut nõ licet ignorare leges,ita nec cõsuetudines generales.Secũdo limita nisi tales ꝙsuetudines essent inserte in corpore iuris vt sunt ꝙsuetudines feudorũ ſm Bal. in.c.cũ oriĝiñe.in.z.col.de resci. ¶ Scõo no.aliud ex ista gl.vt
32 per Bar.hic in ſi. †Tertio z notabili⁹ no.ex ista glo.singulariter ꝙ per cõsuetudinẽ:qr sic ꝙ statutũ põt ꝓrogari tps appellandi.z ad hoc no.istã gl.Bal.in.vĵ.col.hic:z dicit ꝙ raro alibi repit.istã gl.etiã ad hoc reputãt singularẽ Ange.z Jmo.
33 in.l.ĥ.ff.de re iudi. †Cõfirmo rõne qr quicquid põt fieri per pactũ partiũ,multoforti⁹ põt induci per statutũ vel ꝙsuetudinẽ.gl.z ibi Bar.in rub.C.de decre.decur.lib.z.z in.l.nõ impossibile.ff.de pac.z est tex.in.l.ſi.ad ſi.z ibi Bal.no.C.de fideiuss. sed per pactũ ipsarũ partiũ põt ꝓrogari tẽpus appellationis aut.ſi tamẽ.cũ gl.z ibi.C.de temp.ap.cle.q̃din.de ap.eodẽ modo tempus appellandi põt abbreuiari per statutũ vel cõsuetudinẽ ſm Bal.hic:in.vĵ.col.z Pau.de cast.adde Bal.in.l.ſi.C,
14 cõmi.vel epistolas. †Quarto no.ex ista glosſ.iuncto tex.ſm Pau.de ca.hic,in.tiĵ.col.qõ ap.iuris nõ solũ venit ius cõe: ſz etiã ius cõsuetudinariũ.z ꝙ hoc infert ꝙ si partes fecerint cõpromissum in arbitros vel in arbitratos data eis potestate ꝓcedẽdi de iure z de facto,sed ꝓnũtiãdi de iure tñ:qõ intelligitur nõ solũ de iure cõi: sed etiã statutario vel cõsuetudinario si statuto vel cõsuetudo derogẽt iuri cõi.ad hoc bene allegat qõ vult Jnno.in.c.certificari.de sepul.qõ qui petit quartã que ad eum de iure spectat intelligit nõ solũ de iure cõi,sed etiã cõsuetudinario vel statutario:refert tñ ztrariũ tenere doct.precipue
Jo.and.quẽ corrupte allegat:sed statim,ĵ.allegado.adde circa
15 primã ꝙ appel.iuris etiã veniat ꝙsuetudo:facit †q: ꝙsuetudo est ius.ĵ.distin.c.ꝙsuetudo.cũ similib⁹.Adde etiã Bal.in titu. de pac.cõstã.in.ix.col.ver.nos Romanorũ.vbi dicit ꝙ etiam ꝙsuetudines locales quo ad ipm locũ dicunt ius cõe:eo qr iure cõi ꝓsirmant.Adde etiã Bal.i.c.cũ venissent.in.ĥ.col.de eo qui mit.in pos.z Panor.in ꝓoe.cle.quẽ.ĵ.referã.imo plus appellatione statuti venit etiam cõsuetudo: qr cõsuetudo idẽ est ꝙ statutũ.l.de quibus.ff.de legi.ita dicit sing.Bal.in.l.ĥ. circa ſi.C.de bo.que libe.quẽ sequitur.d.Alex.in ꝙſi.cxc.in.ĥ.vol.qõ
16 incip.mature.in.iĵ.col. †Sed ego in cõtrariũ allego Bart. in.l.de quibus.ad ſi.ff.de legi.vbi in fortiotibus terminis tenet qõ ſi actor in libello faciat mentionẽ de statuto:z postea ꝓbet ꝙ sit consuetudo:d3 succumbere:z tũ in libellis verba imꝓportant z largo modo intelligunt vt libellus sustineat vt dixi in l.sed z ſi possessori.ĝ.itẽ ſi iurauero.ff.de iureiur.imo plus adde ꝙ ecõtra,appellatione cõsuetudinis:venit ius cõe.ita videt velle Bald.hic in.viĵ.col.in ver.restat videre exꝑsa.vbi tenet ꝙ si aliquis in supplicatione vel in libello facit mentionẽ consuetudinis nõ videtur per hoc exclusi ius cõe: imo omne ius videt intẽtatũ per illud qõ no. Jnn.in.c.certificari.q tñ nõ sic
17 dicit vt.ŝ.retuli. †Sz ztra primũ no.ꝙ appel.iuris nõ veniat cõsuetudo,videtur facere tex.in.c.cũ venissent.in verb.ſm ius z bonã terre cõsuetudinẽ.iuncta doc.glo.in rub.ff.de iur.z fac. ĝno.z ad hoc idẽ.d.And.licu.ponderat pleroscz alios tex.ſz parũ faciat: qr qñ exprimit gen⁹ z aliqua species apparet ꝙ de mẽte ꝓferentis sit ꝙ talis species nõ contineat tũc sub illo
18 grie.l.questiõ.ĝ.ñ.z ibi late Bar.ff.de fun.instructo. ¶ †Circa vero qõnẽ Pau.de cast.de compromittẽtibus in arbitros vl arbitratores cũ potestate pnũtiãdi de iure tãtũ an intelligatur de iure cõi: an etiã de omni alio iure etiã statutario vel cõsuetudinario,adde qñ est alia questio z frequenter occurrit in facto.in qua Jo.an.in addi.Spe.in ti.de arbit.in.ĝ.excipitur.in ver.istẽ qõ est corrupt⁹.in addi.incip.Quid.tenet ꝙ talia verba debẽt intelligi de iure.ſ.cõi nõ aũt de iure cõsuetudinario tã ꝑ de iure excellentiori.ĝ.sed quoties.insti.de iure nat.gen.z ciui li.z qr verba in dubio debent intelligi in potẽtiori significatu.l. j.ĝ.q in perpetuũ.ff.ſi ager vecti.vel empt.pe.z refert ita determinasse Guid.de suza.vnde ſm eum errant z ponunt se in magno periculo q ſm statuta vel cõsuetudinẽ patrie debẽt obtinere z faciãt cõpromissa z de iure ſiri.idẽ tenet Ang.in.q.ꝙ cũ dispurata que incipit duo adiuncti ſtigantes.in.z.vĵ.coll in ver.hic etiã subiungitur.do.Lardi.in.c,ſi.de cõsuetu.Alber. de

g Ex municipale. Felx. plene in.c. ius gſiale. col.j. dist.l. Jaſ.in lectura. l.oẽs populi.col.j. ff. de iust.z iur.d. Pari.in.l.nemo.j.ĥ. qõ.ff.de legat.j. char.vij. Adde 2coz.leg.in.l. ab exequtione. ĝ. respõ.j.quo. appella.non recipi. Purp.

ro.in.j.parte statu.q.cxxxiĵ.que incipit,ſi cõpromissum factũ
19 est in aliquẽ qõ ꝓnuntiare debeat ſm iura. †Ꝓio ista pars bñ facit qõ tz Bal.in.l.quicunqꝫ.in.iiĵ.col.C.de ser.fugi.ꝙ si pater instituat filios masculos z feminas in eo quod de iure eos tãgit intelligit.ſ.cõi, nõ aũt statutario.z ideo tũc non attenderet statutũ disponẽs qõ existẽtib⁹ masculis filie femine nõ succedãt sed debeãt dotari.ad idẽ facit qõ tenet Bal.in l.sed z si quis.ŝ.questum,in vlti.col.ff. si quis cau.quod qui renuntiat omni beneficio iuris:intelligitur.ſ.communis,nõ statutarij vel cõsuetudinarij per.d.ŝ.sed quoties.insti. de iure natu. ¶ Tene ztiã partẽ.z ita in terminis compromissi tz Bal.
20 in.l.illa institutio.ff. de here.insti.z ꝙ talia iura statutaria vel cõsuetudinaria habẽtur vt iura cõia in illo municipio z derogant iuri cõi vniuersali.idem tenet.d.Anto.de but.in cõmẽto c.quintauallis.i vlti.col.de iureiur.late Panor.in rubri.extra de consue.z in.c.ius gſiale.j.distin.z in.c.j. vt lite pẽden.z in.c. cum venissent.in.j.col.de eo qui mit.in pos.z no.c.cumana.in antepe.col.de elec.idẽ tenet Pau.de ca.hic:licet ꝓdicta non referat.z idẽ Pau.de ca.in.l.ius plurib⁹.ff.de insti.z iur.eãdẽ opi.tenet Ludo.ro.in.l.post dotẽ.in.xiĵ.col.in versi.iiĝ. dubitatur qd si stipulatio.ff.sol.matr. Et monet⁹ per aliqua ꝓcipue ꝓ
20 simile † qr si partes referãt se ad ꝙsuetudinẽ simpliciter z ꝙsuetudo sit multiplex ꝓ itelligitur se referre ad eã que alijs derogat z sic ad posteriozẽ.l.mela.ŝ.fin.ff.de ali.leg.c.cũ de beneficio.de prebẽ.in.vi. ergo similiter cõpromittẽtes qui se referũt ad ius, intelligunt se retulisse ad illud quod derogat alijs z consequẽter ad ius cõsuetudinarium vel statutarium quod derogat iuri cõi.l.oẽs populi.ff.de iusti.z iur.z refert se ita pluries in hac questione ꝙsuluisse.z ita tenet in cõsi.ccli.quod incipit:charissime dicitur feruus ꝓficuus.z idem tenet d. Alexã.in.d.l. post dotẽ.in.xiĵ.col. ¶ Tene istã vltimã opi.que est magis cõmunis:ꝓ qua adde illud qõ not.Bald.in rub.de reg.iur.in.vi.qõ compromittẽtes in aliquem vt iudicẽ de iure videntur cogitasse de omni specie iuris. Ad idẽ facit qõ vult gl.in ꝓoe.cle. in verb.iuris.per quã no.ibi Panor.ꝙappellatiõe iuris, venit
a nedũ ius ciuile vel canonicum:sed etiã municipale⁹:z per hoc infert quod qñ causa mandatur decidi ſm ius:intelligitur nõ solum de iure cõi sed etiam municipali z consuetudinario: cũ etiam cõsuetudo sit ius.j.distin.c.consuetudo. ¶ Ad idẽ z tertio facit tex.no.in.c.j.in ſi.cũ gl.z ibi Panor.not.vt lit.nõ contesta. vbi ꝓbatur quod si ꝓceps in rescripto se referat ad ius intelligitur nedũ de iure cõmuni:sed etiã speciali z statuta rio.z illum tex.etiam ad hoc allegat Panor.in.d.rub. de consue. ¶ Quarto facit quod no.vult Bal.in.l. maximũ vitiũ. C. de ĩbe.ꝓcte.in.v.col.in versi.vlterius querit de tali questione.
21 z istud cõtradicit ei quod tenet Bal.in.j. quicũqꝫ. ¶ Quinto facit quod vult Bal.in.l.constitutiones.C.de bo.que libe. †qõ stipulato de dote reddẽda in casu in quo de iure debet restitui intelligitur nedũ de iure cõmuni,sed consuetudinario vel municipali.z sequũtur moderni ibi:z in.l.post dotem.ff.solu.mat. ¶ Sexto z vltimo facit qõ decidit Bal.in.l.vniça. C. de cõfes. in.xvj.col.in ver.quinimo.dico qõ si per statutũ ꝛc.quod si aliquis accusat extrahẽtẽ frumentũ de ciuitate z ĵ ſn fine accusationis petat eum cõdemnari ſm formã iuris cõis: intelligitur iuris statutarij:quia de iure cõmuni nõ est aliqua pena: tamẽ ibi loquit in libello yt statim dicam. ¶ Istã cõmunem conclusionẽ limita ſm Lucã.roma.in repe.rub.ff.de arbi.in.vi.collect. in.xv.q.quando intelligendo ſm ius cõmune causa posset celerius expediri ꝙ ex forma statutorũ.secus si econtra ex quo cõpromissa fiũt vel lites citius expediãtur.l.j.z.l.ꝙis.ff. de arb. allegat etiam quod no.Bal.in.l.rerum amotarum quidam.ff. re.amota.z Bal.in.l.gallus.ĝ.si eius.ff.de lib.z posth.quando quis in libello petit aduersarium condemnari ſm formam iuris vel statutorũ.nam intelligit intẽtasse illud quod vtilius sibi est.sed tu cane quod singulare Lud.de libello nõ est bonum ad propositum: eo quia in libellis verba imꝓpriantur,vt ꝓdixi. Item intelligitur in fauorẽ libellãtis.l.si quis intẽtione ambigua.ff.de iud.z ita in specie dicit do.Alex.in.d.l. gallus.ĝ. si ei⁹ non sic est in compromittentibus. Secũdo videtur limitanda communis conclusio quando in compromisso fieret mentio de iure simpliciter:sec⁹ si adiceretur de iure cõi:alias illud verbũ communi esset superfluum ita videntur sonare verba do. Alexan.in dicta.l.post dotem.in.xxiĵ.col.z male quia doctores.ŝ. allegati:z ꝓcipue Bald.in locis.ŝ.notatis. loquuntur quando dicitur de iure cõmuni.nam ius consuetudinarium in illo loco dicitur ius cõmune. ¶ Capio glo.in verbo debere.ista gl. non est Accursij.sed est glo.noua que sumpsit gl.ſi.ideo ibi reserno. ¶ Capio glo.magnam in verbo sententiam: quam dixi de in quinꝫ partes. Jn prima ponit intellectũ Pla. Jn secunda ponit intellectũ Alex. Jn tertia cõtra vtrũqꝫ intellectũ ponit z

ponit z tripliciter soluit ad herẽdo intellectui Pla. Jn quarta formam aliã opi.z tripl'r respõdet. Jn qnta ponit illationẽ ex pdictis.scõa ibi: vel dic ſm Alex.tertia ibi:ſz ſm hoc est 3tra. quarta ibi:itẽ cõtra.ŝ.l.prima.quinta ibi:z sic patet per oẽs solu. ¶ Jn ſi.gl.p clara intelligẽtia totius gl.z p habẽdo intellectũ huius.l.reassumo in dubiũ decisionẽ hui⁹ legis. Istũ
22 quid †iudex delegatus a principe z impetrat⁹ per falsas supplicationẽ nõ obstãte exceptiõe mẽdacior ꝓssit recognosce re de cã pncipali.difficultas principal'r cõsistit in duab⁹ legibus que adinuicẽ fortiter cõtrariant.ſ.ista l.que videt dicere ꝙ iudex daf:z sic iudex delegatus nõ obstãte exceptiõe mendaciorũ cognoscit de cã principali. Cõtrariũ de directo decidit tex.in.l.z ſi legib⁹.j.e.in ver.mẽdax ꝓtecator penit⁹ careat impetratis põderãdo dictionẽ penitus in ista difficultate varie fuerũt opiniões q̃s recitat Cy.hic:z plen⁹.d.Ant.de but. in.c.sup literis.in.iiĵ.col.z sex seq.de reseri. quas videas p te. Jn gl.duo sunt principales intellectus de directo 2trariũ pri mus est intellect⁹ Pla. qui tz ꝙ delegat⁹ nullo modo possit cognoscere de cã principali apposita exceptiõi mendaciorũ: z istũ tenẽt Cano.in.d.c.super literis. vbi vere papa approbat istũ intellectũ z p eo stringit text.in.d.l.z ſi legib⁹. Item qr in omni rescripto subintelligit clausula ſi preces veritate nitantur.l.ſi.ti.j. ergo ſi cõditio non est vera rescriptũ est nullũ tenetur.l.ſi.j.ti.j. ergo ſi cõditio non est vera rescriptũ est nullũ tenẽdo istũ intellectũ difficile est respõdere ad istũ tex.in ver.dare tũ iudicẽ nõ impꝛoꝑiãdo literã gl.ponit quatuor solutiões. ꝓma in.p.in.gl.z alias tres in.iĵ. parte ꝓin qua oẽs repꝛobat Bar.z bene. Secund⁹ ꝓncipalis intellect⁹ est Alex.z Jo. quẽ approbãt legiste z tex.i.l.z ſi nõ cognitũ.j.e.z tex.ineũ tabilis hic.z tenẽdo intellectũ Alex. qr imo delegat⁹ cognoscere de cã ꝓncipali nõ obstãte excep.mẽdaciorũ ad.l.z ſi legi bus.j.ro. respõdent Bar.z cõiter doc.hic z plen⁹ Cy.ibi.vt hic ꝓ Bar. que sol.vltra repꝛobationẽ Bal. cõfundit clare p illũ tex.dũ ôt ꝙ legib⁹ consentaneũ rescriptũ impetrauerat si erat ſz leges:ergo nõ Jius vt respõdent doct.z gl.hic in.tiĵ. parte,in.j.sol.dicit totũ ecõtra ꝙuis Cy.in illa.l.z ſi legib⁹.di mẽdaciũ ꝓpie dicitur dolosa asseueratio cum intẽtione fallendi.gl.in.l.de etate.ŝ.q tacuit.als.ŝ.fin.ff. de mino. Sali.hic in.v.col.in ſi.z Panor.in.d.c. sup literis. in.iiĝ. col. defendunt Bar.z dicũt ꝙ mẽdaciũ põt capi large z stricte:ſz stricte bene includit dolũ:sed large põt dici mẽdaciũ etiã sine dolo,allegãt tex.xxxũ.q.j.c.18 qui.z sic volunt qõ in tex.nostro capiat large qõ mihil eit.vñ qualẽ altas opi.refert Ant.de but.in.d.c.sup literis.vbi videatis.qcqd sit,ego teneo opi.Pla.ꝙ delegatus
23 nullo modo cognoscit:z ꝙ eo stringit intellectualiter.† uã qñ ali quid est dubiũ de iure ciuili:z clare decisum de iure cano.ilat iuri canonico etiã in foro ciuili.c.j.z.ĥ. vbi no.de no.oper.nũ.z no.in.l.priuilegia.ŝ. de fac.san.ecc. sed sic est ꝙ iste punctus est dubius de iure ciuili ꝓpter opinionũ varietates.z tex.q sunt de directo cõtrarij:z clare decidit in.d.c.super literis. ergo illi statur.z ibi ita cõcludũt Ant.de butr.z Panor.z tenẽdo hãc opi.restat rũdere ad tex.nostrũ.z solu.Pla. nihil valent. Pan. ibi dicit ꝙ oportet tex.nostrũ cõcordare cũ illo tex. hoc modo qõ in isto tex.fuerit mẽdacium sine dolo:z sic large qõ est impꝛoꝑiare:nec sibi plz:tũ potest respõderi tenendo intellectũ nouũ quẽ in prin.Ĵ.dedi.ad hanc l.cõstruendo text.datum iudicem ꝓ tenore veritatis nõ supplicãtis affirmatione debere cognoscere z iudicare de causa nõ obstante oppositione mẽdaciorũ: z sic illa verba ꝓ tenore veritatis refero ad ꝓma.ſ. ad verbũ datũ iudicem nõ ad illud cognoscere debere z sic erit sensus qꝫ si ꝓceps fuerit motus ad dandũ iudicẽ ex veritate nõ ex mẽdaciis z istud perpendi põt ex verbis rescripti:tunc delegat⁹ cognoscit nõ obstãtibus mẽdaciis.sic intelligo istũ text.sed qñ ꝓceps fuit ꝓpter mẽdacia motus: tũc mẽdax ꝓtector claret penit⁹ impetratis.sic ꝓcedit l.z ſi legibus.j.eo z opi.Pla.quã limitabitis per istũ tex.z sic intelligẽdo cessant oĩa cõtraria.vt ergo iura iuribus cõcordentur que aliter 2cordari non pñt tenendus est iste intellectus quem dedi. Jason Papie.

24 ¶ †Extra gl querit Bar.an rescriptum oĩno falsum tribuat iurisditionem.z concludit imo abiliter ꝙ sic quando nõ habet manifestam falsitatẽ cũ ꝓpter dubiũ constituat in quasi pos. iurisditionis. Bal.hic in.viĵ.q. repꝛobat z plus tenet ꝙ etiã ſi pars cõtenet rescriptum esse verũ cum in veritate sit penitus falsum adhuc nõ ꝙstitueret in quasi pos.iurisditionis.vt hic ꝓ eũ.contrariũ etiã tenet Fulg.hic:z plenius in.l.seq.qr dicit qõ nõ potest sibi in mentẽ cadere ꝙ si litere essent fundit⁹ false qõ tribuant aliquã iurisditionẽ imo semp põt opponi per.l.ĵs.C. de iudi.3tra Bar.etiã tenẽt cõiter Cano.ĵ.o.c.sup literis. Jnno.in.c.cũ venera.de excepꝛ.z i.c.ĵ.de dila.qr falsificator rescripti non debet ex sua falsitate aliqõ cõmodum sentire.c.ĵs cãm. de pba z.l.cãm.ff.de ꝓcur.z semp potest opponi ꝙ iudex erat falsus z sic ꝙ omnia per eum gesta sunt nulla p doctrinã Bar. in.l.ĵ.ŝ.de iur.z fac.igno.z ad iura allegata per Bart.respõdẽt quod loquuntur in actu celebrato a superiore concurrẽte cõi errore.z idẽ tenet Jo.fab.hic z Ang.in.l.ĥ.in.vij.fallẽ.ff.ſi qs in ius voc.non ter.Jmo.in.l.quidã confulebant.in.xiiĵ.col.z in.xxv.col.ff. de re in Ꝓio sol.cano.addo duo.Primo istud quod dicit Bal.in.l.ĥ.C. de seruitu.z aqua.in vlr col.in versi. nunc de octauo quod obediendum est ꝓlato minus iusto q est in pacifica pos. dũmodo 2currat authoritas superioris:sec⁹ est in eo qui nũꝫ fuit fretus authoritate superioris:sed p fal-
25 sas literas obtinuit reputari ꝓlatus. ¶ †Scõo adduco si mile de notario qui ſi nunꝫ fuit creat⁹ tabellio z faciat ĩstrumẽta tanꝫ tabellio qr est penit⁹ falsus d3 puniri pena mortis secus si fuit creatus notarius a principe:licet creatio fuerit ĩualida ꝓpter defectum persone tunc non punit pena mortis si conficiat ĩstrumẽta ꝓpter ꝓmordiũ veritatis.l cũ filius.ĝ.heres mens.ff.de lega.z ita determinat singulariter Bal.in.l.data opera.in.xvi.col.in ver.sed dubiũ est an puniatur pena mortis.C.qui accu.nõ pol.sequitur Jo.de ana.in.c. accedens.in vlt.col.de cri.fal. ¶ Tenẽdo istã partem ĵ Bar. eã ſin.limita nõ ꝓcedere quo ad respicientia saluatẽ animarũ ꝓ illud ꝙ no.tz Pet.de Anc.in cle.abusionib⁹.de pen.z remiſ.
26 †quod indulgentie concesse a ꝓlato penit⁹ falso q putabatur verus nõ minus operantur ad saluatẽ animarũ qñ si essent concesse a ꝓlato vero.z ꝙ hoc infert ad quos.d.i queritur.si quis venetijs multa extorserunt cum falsis bullis.idem est ac si essent vere bulle ẽptum ad salutem animarũ. ¶ Tu aduertere licet omnes z legiste z Cano.communiter repꝛobẽt Bar.ego eum defendo z puto quod opinio Bart.sit vera quã seqũt fere oĩs do.Car.in.d.c.sup literis.z vltra eũ ꝓo Bal.allego text. optimũ in.c.ex parte.de reseri.z ibi Panor.quod i.iq.no.ad hoc multũ exclamat z dicit nunqꝫ tradas oblutoni qõ ẽt vbi contenditur de omnimodo defectu iurisdictiõis tamen rõne dubitationis constituitur in quasi possessiõe iurisdictiõis,vt hic dicit Bartol.nec ob.dum contra Barto.allegatur quod
27 †qñ iudex est penitus falsus dato qõ iudicaret: qr ista exceptio semp posset opponi ꝓ dictam.l.iuncta doc.Bar.in dicta l.j.quia ad hoc dupliciter respondeo.Primo qõ Bart.istud non negat si bene inspexeris.Secũdo quod ex quo semel ista exceptio fuit opposita amplꝫ opponi nõ potest.l ſi.C.de fide
28 iust.z expresse Bal.in.d.l j. †Secũdo quero. Bar.de practica hnius.l.qñ cõtra rescriptũ opponitur exceptio respicies merita cause principalis an erunt bis admittẽde ꝓbationes,z bis iudicande,refert quatuor opiniones.vera est prima op.de quo articulo qr tãgit per Bar.z ordinarie per omnes in.l.ĵ.

Universidad de Navarra Biblioteca

ff.si qs in ius voc.nō ier.ideo ibi reseruo. ¶Ultimo ꝓ cōplemēto istius.l.ꝛ eius materie inquātū Bal.in.iij.col. in fi.deci-
29 dit† quidā petit a pncipe se legitimari dicens se natū ex soluto ꝛ soluta cū natus esset ex adulterio 2plexu ꝙ talis legitimatio nō tenet p.l.j.ff.de nat.restti.Adde ꝙ 3iij tenet Ang.i cō si.cciij.inci.quidā Bartholomeus.ꝛ ibidē ad hoc qō decidit Bal.in.l.eā quā.C.de fideicō.in.ix.col.in vers.sed pone quidā.

30 ¶†Scō inquātū Bal.hic in.vij.col.circa fi.pōderat hic esse glo.quā dicit raro alibi reperiri.ex qua no.ꝙ tps appellādi vel prosequēdi appellationē pōt per cōsuetudinē ꝛ statutū prorogari.adde Ang.ꝛ Imo.in.l.ij.ff.de re iudi.vbi reputāt istā gl. esse ad hoc sing.Facit qꝛ etiā ꝓ pactū 3hētiū pōt appellatio ꝓrogari.aut.si tū.ꝛ ibi Bar.C.de tēpo.app.cū suis cōcor.sed an
31 possit abbreuiari,vide Bal.l.l.fi.ad fi.C.cō. vel epi.ꝛ hic p bal.

a ¶†Quarto inquātū Bar.hic in.ix.col.2cludit qō nō valent litere[a] remissionis cōdēnationū nisi causa ꝛ quelibet facti qualitas exprimat qō reputat tenēdum menti,adde Old.in cōsi.
cclxij.incip.ad qō nē.ad fi.Alex.in consi.cxiij.incip.pōderatis his que narrant in themate.in.ij.col.ad fi.j.vol.itē adde qō dicit Bald,in.l.nec dānosa.ff.de preci.impe.offe.ꝙ si aliqs unpe
32 trat a papa aliquā cōpositionē sup pena iā exacta p fiscū nō facta mētioe de exactioe rescriptū est nullū.adde etiā ꝙ no.Bui. de cu.in.l.iij.ꝓ illū tex.C.de epis.aud.ꝙ†q semel habuit gratiā de vno homicidio qō cōmiserat:deinde obtinuit secundā gratiam pro scō homicidio nō valuit scā:qꝛ tacuit de prima.p hoc dicit And.sicu.in.c.sup literis.in.cxxiij. col.de rescri.se vi disse bono.decapitari quendā nō obstante gratia quam obtinuerat tacito de primo homicidio:ꝛ hoc valde teneas cordi.

¶Ultimo circa istā materiā de rescri.subrepti.ꝛ obrepti.Adde illud qō pulchre no.Bal.in.c.fin.in fi.per illū tex.vt lit.pen.
33 †qō furreptitia impetratio non tenet etiam si sanctus sit ille qui impetrat sicut erat ibi beat.Tho.cantuariensis:vnde pro pter merita vite nō est recedendū a iuris dispositiōe, fm eum.ꝛ ad hoc vltimum vide que dixi in.l. qui iurisdi.ff.de iurisd.omn.iudi.ꝛ in repe.l.admonendi.ff.de iureiur.

ℭ Judex delegatus punitur in decem libris auri quando contra rescriptum non vult admittere exceptionem falsitatis.

1 Olim.lxxij.ducati faciebant libram auri,hodie vero ducati ve neti ꝛ florentini nonaginta sex faciunt vnam libram auri.

2 Licet donatio que excedit quingentos aureos sine insinuatione nō valeat:tū hodie attenta varietate ponderis plures ducati requiruntur ad faciendum quinq; cētum de illis antiquis.

3 Si papa mandat monachis vt aliquem recipiant: poterunt tamen ei opponere crimina vel defectus.

4 Si princeps precipiat aliquem decapitari vel suspendi,ꝛ non apparet causa:debet iudex suspendere per.xxx.dies nisi interueniat secunda iussio principis.

b ¶Ducati.Adde gl.in.l.ij.C.de spōtu. gl.ꝛ bal. in.l.fi.C.cōia de le.glo.ꝛ doc.in.c. ij.de male.glos.ꝛ doc.in.c.fi.de de ci.Bald.in.l.qui
1 etiq;.C.de ser.fugi.Jo.an.i addi. 2 Spe.i ti. de inst. edi.ꝙ.porro.in fi. c

c ¶Hodie vero. Adde Paul.de cast. in.l.fi.C.cō. de leg. 3

d ¶Precipiat. Adde videdum hipp. de marsil. in.l.j.ꝙ.fi.de questio.ff.col.xv.

e ¶Executor.Adde glos.in.ꝙ.sunt quorum.ij.q. vj. ꝛ ibi.d.de sancto Hemin.glo.in.c. ꝛ si nō cognitio. xxv.q ij. do.in.c. ficut.ad fi.ij.q.j.

PUniri. Ista lex legit ꝓ Bart.ꝛ Bald.hic:ꝛ Bart.in.l.ꝓscriptiōe.in pe.col.ſ.eo. Prio qñ opponit de falsitate supplicationis:ꝛ iste est bonus intellectus:vt ptz in tex.ibi:pretiū falsitatē.Scō modo intelligit qñ opponebatur nō contra supplicationē de falsitate:sed contra ipsum rescriptū immediate ꝙ fuit falso fabricatū:ꝛ nunꝯ emanauit de cācellaria principis:ꝛ iste intellectus nō cōuenit litere que dicit precū falsitatē. ¶†No. ex ista.l.ꝙ iudex delegatus punit in.x.lib.auri,qñ cōtra rescriptū nō vult admittere exceptionē falsitatis:ꝛ adde† qō olim
xxij.ducati[a] faciebāt libram auri fm glo.in.l.quoties.C.de susce. ꝛ ꝓpositis,ꝛ archa.lib.x.ꝛ alibi:ꝛ sic fi bene cōputas vn[o] ducatus habebat sextā partē vncie:hodie vero[c] in ducatis venetis seu florētinis:qꝛ sunt minoris ponderis nonaginta sex ducati
1 faciūt libram auri:ꝛ sic quilibet ducat[o] hꝫ solū octauā partē vncie fm Bal.in.d.l.quoties.ꝛ in rub.C.de vete.numis.pote.lib. xj.Pan.in.c.cōquerēte.de offi.ord. ¶†Et dicit Pau.de ca. bonū verbū in.l.fi.in pnc.C.cōia de leg.ꝙ cū donatio q̄ excedit quingentos aureos sine insinuatione nō valeat.l.sancimus.C. de dona.certe attenta varietate ꝓderis: hodie multo plures ducati requirent ad faciendū quinq; cētum de illis antiquis.

¶Cōtra istū tex.fortiter obstat tex.in.l.ij.in fi.ſ.de legi.vbi dicit totū cōtrariū eius ꝙ hic ꝙ iudex qui admittit tales exceptiones ℨ rescriptū principis punit in.xxx.libris auri: hic aūt punit in.x.fi nō admittit est durū ℨium.Allbe.ibi respōdet ꝙ illa.l.ij.loquit qñ opponebat cōtra potentiā principis ꝙ princeps nō poterat,illa fi iudex admitteret talē exceptionē de potentia principis puniret vt ibi:hic aūt opponebat cōtra volūtatem quā princeps bene pōt:sed qꝛ fuit sibi narratū falsum:ꝛ sic fuit deceptus nō presumit ꝙ ista sit sua volūtas.ita tene qꝛ melius nō potest respōderi ꝙuis Pau.de ca.hic alīs duob[o] modis respōdebat. ¶Ultimo per istā.l.gl.inuehit cōtra miseros prelatos qui propter reuerētiā sedis apostolice nolūt admittere aliquas exceptiones cōtra rescripta pape. ¶Adde gl.in.ſ.deinde cōpetēs.in aut.de manda.prin.que colligit ex illo tex.arg.ℨ miseros platos exequentes statim literas pape iniustas nec audentes supersedere ēt si rationabilis cā opponatur,alibi dicit Joan.de lig.in.c.ad audientiā.in.ij.col.de re
4 gula ꝙ†si papa mandat monachis vt aliquē recipiāt:pñt tñ ei opponere crimina vel defectus. ¶Itē adde tex.singu.in.l.
5 si vendicari.C.de pe.†ꝙ si princeps precipiat[b] aliquē decapi
b tari vel suspendi ꝛ non apparet causa debet iudex suspendere per triginta dies.ꝛ dicit tex.in.c.cū apud thessalonicam.xj.q. iij.ꝙ sanctus Anbro.fuit qui fecit ab imperatore condi illam legem.intellige nisi interueniret secunda iussio principis.c.fi qñ.vbi cano.de rescrip.o.Bar.vero.in cautela.vñ.

1 ☞ Si alicui committitur executio sententie ꝛ reuera nulla vnquā sententia fuit lata potest iste cognoscere de principali.
2 Cui committitur executio intelligitur etiā cōmitti cognitio.
3 Que sunt meri vel mixti imperij delegari non possunt.
4 An executor possit cognoscere de cā ꝛ negotio principali.

ET si nō cognitio. Ille cui per principis ℨmittit executio sup negotio nō dū discusso nec terminato p sententiā si cōtā eo opponatur qō executio fieri nō dz ꝛ qō principi fuit narratū falsum pōt de his exceptionibus cognoscere ꝛ fm veritatē pnuncia re lz cognitio nō fuerit expresse demandata qꝛ cēset tacite mādari.h.d.cū necessarijs ſuppletionibus: pōt etiam exemplificari iste tex.vt per Bal.in.l.ꝓscriptione.in.x.col.in fi.ſ.eodē.ꝛ nescio alibi decisionē huius tex.in iure pōtificio vel ciuili nisi hic ꝛ reputo valde singu.¶No.ex isto tex.fm Cy.ꝛ Rapha.
1 Fulg.hic est tex.valde sin.qō†si alicui cōmittit executio alicu ius sentētie ꝛ reuera ꝛ nulla vnq̄ snia fuit lata pōt iste cognoscere de cā principali.Sali.hic in.ij.q.ꝛ duab[o] seq.videt aliter tenere.ꝛ Bar.hic:si bñ cōsideres cōtradicit dū vult ꝙ ista.l.
2 nō possit intelligi qñ mādata est executio sentētie. ¶†Secū do no.ex hoc tex.ꝙ illi cui cōmittit executio intelligitur etiā cōmitti cognitio:ꝛ sic hic videt tex. qō mer[o] executor debeat cognoscere de meritis cause principalis:ſz intellige sane istū tex.qñ pti[a] nō fuit cognitū de cā:ꝛ plene[a] p Bar.ꝛ moder.in l.a diuo pio.in pnn.ff.de re in. ¶Tertio no.hic videri tex.for tē in verbo de omni negotio ꝙ opi.Azo.cōtra Plac. de qua in.l.ꝓscriptiōe.ſ.e.tñ caue qꝛ tex. ꝑsonaliter dicit cognoscat vnde Pla.respōderet.ſ.ab ordinario. ¶Capio gl.in ver.executio.ꝙ diuide in quatuor partes:nā opp.ꝛ tres dat solutiones:
oppositio aūt venit hoc modo:nā in.l.j.in prin.ff. de offi. eius.
3 tradit regula ꝙ†ea q̄ sunt meri vel mixti imperij delegari nō possunt:sed mittere in possessionē:ꝛ sic facere executionem est mixti imperij.l.iubere cauere.alleg. in glo.ergo executio nō potest delegari cuius cōtrariū dicit hic in tex. glo. ponit tres sol. prima est bona alias reprobāt doc.hic.tu ꝙ veritate iūge tres solutiones simul,ꝛ distingue per te vt distinguit Sali.hic in.j. opp. ¶Slo.fi.in ver.de omni negotio.diuidit in tres. In prima declarat tex.in scōa formal.q.ꝛ sol.In tertia opp.ꝛ triplicit er sol.scōa ibi:sed a quo.tertia ibi:itē cōtra. ¶In vltima parte glo.dic.ꝙ prima solutio pōt tolerari ꝛ etiā scōa.Tertia autē solutio ꝙ executor solū cognoscat istud de mēdacio est contra tex.nostrū in ver.de omni negotio.aliter respōdet Bar.ſz repro
4 bani.ſ.in.j.no.†De hoc tamē puncto qꝛ est latissima materia
e nunquid executor[e] possit cognoscere de causa ꝛ negotio principali.vide per Bar.ꝛ doc.in.l.a diuo pio.in prin.ff.de re iudi. examinat late Sali.ꝛ Fulg.ꝛ glo.ꝛ doc.in.c.pastoralis.ſ.qꝛ ve ro.de offi.delega.Pet.de anch.in cle.j.de re iudi.

1 ☞ Rescriptum impetratum per mendacium etiam si nō sit iuri contrarium,tamen non valet ꝛ mēdax precator punitur si in eo reperitur improbitas.
2 Si probetur quem dolo alium accusasse vt decapitaretur qui veritate nullum crimen fecerat, poterit iudex probato dolo dolosum accusatorem suspendere seu decapitare.
3 In penis arbitrarijs iudex an possit arbitrari vsq; ad mortez inclusiue.
4 In arbitrarijs iudex non potest arbitrari penam publicationis bonorum.
5 In criminalibus calumniosus accusator debet puniri similitudine supplicij.
6 Testis deponens falsum debet subire illam penam quā de iure pateretur ille contra quem deposuit si verum esset.

1 PT si legibus. †Rescriptū ipetratū ꝙ mendaciū ēt si nō sit iuri ℨiū,tū no valet ꝛ mēdax precator punitur si i eo reperit improbitas.i.dol[o]. h.d. Istā legē intelligunt Cy.ꝛ cōiter doc.ꝛ hic.Barto.in.l. ꝓscriptione.in.j. col.

ℨ.eo.ꝛ

a ℨ.eo.ꝛ Archi.xxv.q.ij.in.c.ꝛ si legibus.pcedere ī p̄iuilegijs[a] cōtra ius q̄ princeps p̄esumit cōcessisse ꝑter supplicationē secus si in rescriptis ad obseruātiā iuris cōis in qbus priceps delegat cām terminādā ſz ius.d.l.ꝓscriptione.ſ.eo.Iste intellectus nullo modo congruit huic.l.que dicit ꝙ rescriptū erat cōsentaneū legib[o]:ergo nō erat p̄iuilegiū:qꝛ p̄iuilegiū est ℨ ius.c.j.de rescri.dic ergo melꝰ fm Pau.de ca.hic:ꝛ in.d.pre scriptione.qō ista lex loquitur in rescripto gratioso in quo pn ceps cōcedit aliquā gratiā vel fm vel p̄eter ius.puta cōcedit feudū vel cōcedit beneficiū ecclesiasticum vel cōcedit gratiam alicuius delicti certa fit supplicatio arguit de falso rescriptū redditur nullū:imo pōt puniri falso supplicās:qꝛ lex ꝑsumit ꝙ princeps cōcesserit gratiā ꝑpter supplicationē.Iste est pro p̄ie sensus huius.l.sed.l.ꝓscriptione.ſ.e.logt in rescripto ad obseruātiā iuris cōis qñ princeps delegat cām terminādā ſz ius tale rescriptū ꝑz ꝺato ꝙ supplicatio sit falsa ꝙ cōcedere delegatum in cā nō pcessit ꝑpter supplicationē solā.Itē per
2 istā legē in secūdo rñso dicit Bal.†se vidisse quēdā fuisse de facto decapitatū q̄ ꝑpter inimicitias capitales quas habebat cū aliquo init ad ptātē ꝛ dixit ꝙ erat bannit[o] in capite ꝛ descriptus in libro publico bānoriū:nā vocabat titius Petri ſz scriptus in libro publico bānoriū:nā vocabat titius Petri ſz non erat ille qui erat bannitus:ꝛ accusator bñ sciebat:ptās p familiā fecit eū apprehendi ꝛ fuit in magno periculo ne occideretur ꝑpter idē nomē.certe ptās ꝑcta ista improbitate fecit decapitari accusatorē p istā legē q̄ dicit ꝙ si in vna mētien
3 tis inueniat improbitas seueritati subiaceat iudicātis.dicit tamen Bal.oportere ꝓbari ꝙ accusato; dolo istud fecerit: et cū ista decisione Bal.trāseūt Fulg.ꝛ Pau.de ca.hic,alij nō tā gūt nec hic nec alibi. ¶Pro veritate hui[o] dicti duo videda sunt.Primo vtrū iste tex.ꝓbet decisionē Bal.Scō posito ꝙ nō ꝓbet an decisio Bal.sit vera ꝛ alibi possit ꝓbari. ¶Circa p̄imū videret ꝙ sic:ex quo ī hoc tex.pena ī spē non tarda:
3 ergo relinquitur arbitrio iudicis:†sed in penis arbitrarijs iudex pōt arbitrari vsq; ad mortē inclusiue. glos.est sing.in.ſ.in summa.insti.de iniu.quā ad hoc reputat sin.Bal.in.c.j.ī p̄in. i.v.col.de pac.tenē.ea ſeqt bal.l.l.j.ꝓ illū tex.C.de his q̄ latro. occul.ꝛ in pulchra decisione.c.j.ſ.iniuria.circa prin.de pac.in ra.fir.eā tenēt Imo.ꝛ Pa.in.c.ex literis.de cōsti.ꝛ in.c.cū in.j.intellecta.de cōsti tatis.in.x.col.de do.ꝛ cōtuma.ꝛ in.c.ij.in.j.intellecta.de cōsti. ꝛ in.c.cū te in.ij.co.de re in.ꝛ in.c.tue.de pe.Jo.de imo.ꝛ Jo. de ana.in.c.inquisitionis.in prin.de accu. ¶Pro ista gl.alle
gant duo boni tex.in.l.sacrilegij.ff.ad le.iul.pecu.ꝛ t.l.faccula rij.ſ.sunt quedā.ff.de extraor.cri.nisi dicas ꝙ in istis li.lex vltra p̄cedit disputando:ſz illa gl.nō est vera,ꝑ text.not.in.l.j.et ibi Old.laude.ꝛ Alb.no.ff.de fur.balne.vbi tex.vult plus ꝙ in arbitrarijs iudex nō pōt imponere aliquā penā perpetuā sed temporalē.ꝛ illū tex.ad hoc reputat singularem.ꝺ.Cardi. flo.in.d.c.ex literis.de consti.ꝛ in.c.de causis.de offi.dele.Ad idem facit tex.in.l.j.ſ.expilatores.ff.de effra.ꝛ expila.ꝛ gl.i.d. c.inquisitionis.in verb.alioquin.de accu.ꝛ ita illā gl.reprobat Joan.de Imo.in.l.ij.ff.de pub.iudi.ꝛ Lud.ro.in repet.rubri. ff.de arbi.in.rij.col.in ver.itē an sit statutum.ꝛ diffuse.ꝺ.Alex. imo.in cōsi.cxi.qō inci.ponderatis verbis inquisitionis.in pe. ꝛ vlt.col.post multos doct.per cū relatos quos per te videas. l.j. ¶Et bene facit quod no.Bar.in.l.i.per illū tex.C. nemini
4 lic.ſi.sal.xpi.ꝙ†in arbitrarijs iudex non potest arbitrari penā publicationis bonorū. ꝛ ista secūda pars in iudicādo esset tenenda qꝛ in penalibus semper mitior pars est sequenda.l.inter pretationis.ff.de pe.ꝛ hoc modo ista lex nō ꝓbat decisionē Bal.imo ꝓbat contrarium:tamen veniēdo ad secūdā puto
5 quod decisio Bal.sit vera ꝑ tria.†Primo qꝛ etiā dicūt mod. hic in criminalib[o] calumniosus accusator debet puniri simili
6 tudine supplicij.l.fi.C.de accus.†Secūdo qꝛ testis[b] deponēs
b falsum in causa criminali ꝺz subire illam penam quā de iure pateretur ille cōtra quē deposuit si verū esset. tex.est sing.in.l. j.post prin.in ver.qui ve falsum testimoniū.ff. ad legem cor.de fic.ad hoc reputat singularē Bal.in.c.j.in.ſ.iniuria.in vlti.col. de pac.iur.fir.ꝛ ita ꝑ illū tex.tenet Bal.in.l.ij.C.de re.credi.in l.presbyteri.in.ij.col.C. de epis.ꝛ cle.ꝛ in.l. data opera.in.x.col. C.qui accus.non pos.ꝛ in.c.j.in princ.de pa.tenē.Tertio facit tex.in.l.sacculariꝰ.ſ.sunt quidā.in fi.in verb.qꝛ ꝛ ipsa res mortem comminatur.ff.de extraor.cri. Jason Padue.

1 ☞ Rescripta contra ius vel publicam vtilitatē a nullo iudice maiori vel minori debent seruari.
2 Dominium rei mee non potest princeps per rescriptum auferre nisi in certis casibus.ℨ.nota.
3 Qui auferit ius alteri debet de proprio recompensare.
4 Clausula non obstante,non tollit ea que sunt ordinata in generalibus consiliꝭ.
5 Clausula non obstante,non tollit actum iuratus.
6 Clausula non obstante,nihil operatur quando sunt plura obstantia.
7 Ubi requiritur specialis derogatio ꝛ in rescripto dicatur ꝙ te nor obstantium habeatur pro expresso:quod istud sufficit.

1 OMnes cuiuscūq;. †Rescripta ℨ ius vel cōtra publicā vtilitatem a nullo iudice vel maiori vel minori debēt seruari.h.d. ¶In tex.ibi pragmatica sanctionē.quid sit ꝛ vnde dicat,est gl ī c. puenit.cj. dist.gl. a in.l.iubemus nulla.ſ.de sac.san.eccle.ꝛ in l.fi. vbi Fulg.j.titu.j. ¶Capio gl.magnā in verbo generali quā diuide in duas partes principales.In prima allegat septem ꝛcordantes leges ad istum tex.In scōa ponit distin.ibi:ꝛ distingue quod illa secun b da habet sex particula.primo loquit qñ ꝓncepsrescribit cōtra ius diuinū.c.secūdo qñ ℨ ius naturale vel gentiū. tertio qñ ꝓtra ius ciuile.quarto qd si apponeret in rescripto clam nō obstāte.quinto quid si rescribit cōtra publicā vtilitatē.sexto ꝛ vlti c mo ponit an rescriptū impetratū,per mendaciū valeat.partes patent in gl.similē gl.habes in.l.j.ff.de cōsti.p̄in. ¶In ea.gl. ibi:si vero ℨ ius humanū habes regulā cū quatuor fallē.regu 2 la est ad ꝑ millies allegat hec glo.qō† dñium rei mee nō po d test princeps auferre p rescriptū. ¶Adde Bart.in p̄oe.ff.ow. gl.ꝛ Cano.in.c.que in ecclesiarū.de cōsti.gl.in.c.constitutus.et d ibi Panor.de rel g.do. Adde ꝙ ista regula ꝓcedit nō solū in dñio directo:ꝛ sic ꝓprio.ſz etiam in dñio vtili qō hꝫ emphyteota vel feudatarius vel superficarius: qꝛ etiā dñium vtile nō potest auferri per rescriptū principis.ita not.sing.Bart.in.l.ij. in fi.C.de fun.patrimo.lib.xij.sequitur Pau.de cast.vbi ꝙ hoc e infert in consi.clvj.inci.viso ꝛ examinato pcessu.ad fi.ꝛ si dicas contra qꝛ dñium vtile non est de iure gentiū:imo est inuentum a iure ciuili. ¶Ad hoc respōde vt not.per Bart. in extrauag. q sint rebelles.in verb.rebellādo.in ver.itē quero quid de dñio f bonorum. vbi dicit magistraliꝛ Bar.ꝙ lz dñium vtile sit de iure e ciuili quo ad nomē:tū effect[o] est de iure gē.Ultra quatuor[e] limitationes gl.limita quinto fm Bar.ratione publice vtilitatis.l.itē si verberatum.in pn.ff.de rei vē.l lucius.ff.de evict.dixi in.l.ij.C.de in ius voc.intellige facta indebita cōpensatione fm Bar.ꝛ alios in.l.ſ.ſ.ff. de pig.act.Bal.in.d.l. itē si verberatū. in p̄in.ꝛ clare Ange.in ℨi.cxxxix.qō incip.visis omnib[o] statutis qcquid dicat gl.in.l.si locus.ſ.ſi.ff.quēadmo.ser.amit.facit tex.in.c.cū inferior.in fi.de maio.ꝛ obed.per quem no.ibi Bal. qō† qui aufert ius alteri,tenetur illi de proprio recompensare. 3 vide no.Bal.in.l.ij.ꝛ per illū tex.C.ꝑ quib.cau.ser.pro premio lib.accip.vbi vult qō si ciuitas vult facere fossatū ꝑ predium meum tenetur mihi soluere estimationē dāni:vel si propter de lictum vult comburere domū que sit mihi cōis tenetur soluere estimationē partis mee:ꝛ similiter qñ vult mihi auferre dominium. ¶Facit bene ꝙ vult Bal.in.c.j.ſ. ad hoc.in.v.col.p gl. ibi,de pac.iur.fir.ꝙ si papa ℨtulit mihi beneficium ꝛ postea de plenitudine potestatis mihi auferat ꝛ det alteri tenet mihi p f uidere de eque idoneo. Ad idē facit qō vult Imo.in.c.nisi cū prudē.de renun.ꝙ si papa cogat sine causa eꝑm inuitum renūtiare episcopatui debet ei puidere de bono cābio. ¶Sexto limita nisi de plenitudine potestatis[f] cui nihil occurrit ꝓ ea que dixi in.l.rescripta.ſ.de ꝓci.impe.offe.ꝛ ita in specie tenet Ange.in.d.l.itē si verberatū.in ꝑn.vbi aminose dicit ꝙ mētiunt ꝛ gulā q dicūt ꝙ imperator de plenitudine potestatis nō possit mihi auferre dñium rei mee. ¶Et ꝓ hoc infert ad cōcessiones factas ꝑ papā de bonis ꝓdition[o]:vt ibi ꝑ eū.idē tenet Ange.in.l.iij.ſ.si is ꝓ quo.ff.ꝙ quisq; iur.Bal.ꝛ Ang.in.l.ij.C. de quadri.ꝓscri.ꝛ Ange.in.l.antiochensium.ff.de p̄iuil.credi. ¶Septimo fin.limitat Bal.l.l.fi.in.ij.col.C.sen.rescin.nō pos. qñ dñium esset acquisitū per actus ciuiles:puta ꝑ vsucapionē vl ꝓ sniam:tūc posset tolli ꝑ rescriptū principis.sed male dicit: qꝛ lz aliqui modi acquirēdi dñium sint de iure ciuili quos enumerat gl.magistra.in.l.j.in ꝑnc.ff.de acqui.re.do.tamē dñium semp est de iure gētiū:put declarat ipsemet Bal.in.l.j.circa fi. C.de iur.aure.annul.in.l.rescripta.in.ij.col.ſ.de ꝓci.impe.offe. facit qō vult Bar.in extraua.q sint rebelles.in ℨb.rebellādo. in.v.col.quē.ſ.retuli in.j.extē sione. ¶Predicta oia ītelligē vt ꝓcedant in supremo ꝓncipe,ꝛ sic in papa vel imperatore.secus in inferiore:puta in duce, marchionib[o] ꝛ similib[o]:vt dixi in.l. rescri.ſ.de ꝓci.impe.offe. ¶In ea.ibi:quid aūt si dixerit imperator,nō obstante.circa istā clam nō obstante[g] ꝛ ea que tradūt doct.hic,ꝛ latius Bar.in extrauag.ad reprimēdū.in x bo nō obstantib[o] in.j.ꝛ.ij.col.ꝛ Bal.in multis locis ꝓcipue in.l.fi. C.sen.rescin.nō pos.¶Cano.in.c.que in ecclesiarū.de consti.ꝛ late g Jo.an.in.c.j.de excess.pla.in.vi.†Slo.quatuor.¶Primo ꝙ talis clausula nō obstante,nō tollit ea que sunt ordinata in generalibus cōsiliꝭ si allegatur dictum Archi.ꝓ singulari in.c.j.de

a ¶Procedere in p̄iuilegijs. Adde bal.in.l.i. ſ.eo.

¶Testis.Adde scotum in.c. hec imago. xxxiij.q. v.Purp.

¶Diuinū. Adde ꝙ cōsuetudo nō �yz cōtra ius diuinū.c.ij.ꝛ ibi Panor.ij. no.ō ꝓoba.Purp.

¶Rei mee.Ad de Pau.de cast. consi.cclxxxj. in c.primū dubium procedit.

e ¶Quatuor. Li mitat.v.Alex.li. j. consi. ci. visis. col.vi.Purp.

¶Potestatis. Allegā.lib.j.cōsi. cv. visis instrumētis.col.vi.sub limita tū in non subdito Alex.li. j.cōsi.cvij. in causa.col.pen. Adde Jas.in.l.cuncti populos. col.vij.ſ.de summa.trini.purp.

¶Non obstāte. Alex.lib.j.consi. xcj. visis.col. v.ꝛ vj.ꝛ cōsi.cxxxiij. lib. i. col. penul. Purp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cōstit.in.vj.q refert ꝛ sequit Bald.in.l.humanū.C.de legi.ꝛ ibi Ful.ꝛ Pau.de ca.hic: ꝗuis hic ꝛ ibi dicat q nō repetit Archi.istud ibi ville.adde Jo.an.referēt Arch.ꝛ plene sequentē in.c.i.de excel.plā.in.vj.sequit Old.lan.in ẜsi.cccxxvi. īcip.q articulati.ꝛ in ẜsi.cccxxviij.qō inci.ad idē primo. Lud.ro.in.l. si ẋo.ẜ.de viro.in.xxiij.fal.ff.so.ma.vbi de hoc allegat in.c.pe.de capellanō.ꝛ ter.in.c.cū te.de eta.ꝛ qua.idē tz Jo.de ana.in.c. cū in dioceſi.in vlti.col.de vſur.ꝛ Jac.alua.in.c.i. post p̄n.in ti. de cōſti.feu.facit q vult Bald.in ti.de pac.cōſtan.in verb.nos Romanor.ſcō q lz leges ℨ alias leges valeāt: tñ lex vel ẜsuetudo vel statutū aliqd introducēs ℨ ea q̄ statuta sunt in ſacris ẜcilibꝰ nihil valēt.allegat Jo.an.in.c.cū clericis.de reb.eccle.nō alie. ¶ †Scō aduerte,ª q ꝛa nō obſtāte nūq̄ tollit actū iurā tum ª vel cōſtitutionē iuratā ſm Cy.ꝛ Pau.de ca.hic.ꝛ eſt gl. reputata ſing.in.c.cū nō deceat.in gl.ſi.de elec.in.vj.facit tex.in c.ẜstituꝰ.de reſcri.idē tenet.d.An.Jmo.ꝛ Pau.in.c.i.de his q̄ ſiūt a maio.par.ca.q: nō eſt veriſimile q̄ ſuperior tollēs ſtatuta cogitet de ſtatutis iuratis.idē tz Jo.an.in.c.i.de fil. ſ foy. in.vj.i nouel. Jo.de Jmo.i.c.dilecto.de p̄bē. Ang.i.l.i.ẜ.q̄ one rande.ff. qua.re.act. nō daf.d.Alex.in ẜsi.cxxv.in.j.vol.q incip.viſis ꝛ pōderatis ſtatutis.i pe.col.ꝛ latiꝰ in ẜsi.xxxvij.in.ij. vol.q incip.viſo ꝛ oppoſitune diſcuſſo proceſſu.in.ix.col.ꝛ ſequemadmodū clauſula nō obſtātibꝰ capitulis vel pactis quibuſcūq; nō extēdit vel pacta ad capitula iurata.gl.i cle.dudū. ẜ.pen.in verb.acta.de ſepul.Ln.ro.ẜsi.cccxciij.q incip.preſens ẜſultatio in hoc reincidit.in vlt.col.ꝛ in ẜsi.cccciij.ᵍ incip.in caſu q̄ poſite ẜſultationis vꝫ prima fr̄e dicendum:ꝛ in conſi. cccc xxvj.qō incip.q: indultū.in.iij.col.ad fi.ꝛ in conſi.ccccxvj. qō inci.in caſu q̄poſite cōſultationis cauſe celeberrimorū.ad fi. ¶ Facit q dixi in.l.quoties.ℨ.de p̄ci.impe.offe. qō ſaluus.cō ductus gñaliter ꝛceſſus debitorꝰ nō extēdit ad debitū iuratū. ¶ Limita duobꝰ modis ꝛ vtrūq; reputo mirabile. ¶ Primo niſi ſtatuta tollerent̄ per viā legis:q: tūc tolluntur etiā iurata. ita firmat Hemi.in.d.c.cū nō deceat. ¶ Scō limita niſi ad eſſet duplex clauſula.ſ. clauſula nō obſtātibus ſtatutis:ꝛ clauſula motu ꝓpio ſm Lud.Jmo.ꝛ Hemi.in.c.i.in pen.col.de fil. preſby.in.vi. ¶ †Tertio aduerte, q̄ clauſula nō obſtāte,mihi opāt qñ ſunt plura obſtātia.ita dicit ſing.Bal.in.l.i.i.ix.col.C. de fur. ¶ †Ulti.teneas fr̄ō cozdi q̄ vbi requirit ſpecialis derogatio ꝛ papa in reſcripto dicit q̄ tenor obſtātiū habeat ꝓ expſſo:qō iſtud ſufficit ſm Bal.in.c.cum dilecta.in vlti.col. de reſcrip.Bal.ꝛ Ang.in.l.oēs.in p̄n.p illū tex.C.de p̄ſcrip.xxx.an. Ange.in.l.ſed ꝛ ſi quis.ẜ.queſitū.in vlt.col.ff.ſi quis cautio.

¶De diuerſis reſcrip.ꝛ pragmaticis ſanctionibus. Rub.

¶Cōtinua rubricā meliꝰ q̄ gl.ſm Odof.Cy.Salic.ꝛ Fulgo. hic.ſ.in tit.precedentibꝰ impator tractauit de reſcriptis in ſpecie:nūc aūt tractat in genere. ¶Et ideo ſubiūcit de diuerſis reſcriptis:q: nō eſt incōueniēs q̄ enumeratis pluribus ſpecieb⁹ poſtea clauſula gñalis ſubiūciat.l. ſi ſern⁹ ſeruū.ẜ. inquit.ff. ad leg.aquil.verū q: reſcripti due ſunt ſpecies:vna appellat ſacra annotatio.alia appellat pragmatica ſanctio:vt declarani in.l. fin.ẜ.tit.p̄ori.ideo in rubrica ſubiūciuntur alie due ſpecies.

1 ☞ Reſcriptū cōiter impetratū cenſet vtrūq; ꝛceſſum quāuis de vno ſolo faciat mentionē.vide pulchꝝos caſus.nu.2.ꝛ.3.
4 Conſultor⁹ dans vnicam reſponſionem duabus queſtionibus videtur ambabus reſpondere ſi vtriq; adaptatur reſponſio.
5 Ubi ſiunt due interrogationes ꝛ vna habet dependentiam ab alia reſpondens principali affirmando videtur ſimiliter reſpondere acceſſorie affirmando.
6 Si petitio fuit indeterminata ꝛ conceſſio determinata debet attendi conceſſio.
7 Reſcriptum ambiguum debet intelligi ſm ſupplicationem.
8 Si fuerit petita generalis abſolutio a plurib⁹ excōicationib⁹ ꝛ concedatur ſimpliciter cenſetur concedi quo ad oēs petitas.
9 Jn contrariꝰ qui fatetur vnum non intelligitur aliud contrarium fateri intelligitur negare.

1 **Si libellum.** †Reſcriptū cōiter impetratum cēſetur vtrūq; ꝛceſſum ꝗuis de vno facit mētionē.h. d.ratio eſt ꝓpter tria q̄ ẜcurrūt q̄ cā erat cōmunis ꝛ ſupplicatio ꝓrecta cōi noie.itē q: tractabat de modico p̄iudicio:alꝰ ſec⁹ eſſet.l. in hoc iudicio.ff.famil.ercīſ.ꝛ.l.non idcirco.ff.de iudi. ¶Circa
2 iſtā.l.querit Bal.de vtili qōne:† pone q̄ debitor fecit inſtrumētum de duplo vere ſortis in quo ſe obligauit de ſoluēdo in termino ꝛ de ut fideiuſſorē vadit ad eṗm vt reſcindat tale inſtrumentū tanq̄ vſurarium,ꝛ petit inhiberi iudici ſeculari ne interim p̄ceda contra eum nec contra fideiuſſorem. iudex eccleſiaſticus in inhibitoria ſolū facit mentionē de debitore principali.creditor ergo facit carcerari fideiuſſorē.nunquid valuerit talis incarceratio:videret q̄ nō:per iſtā.l.ex quo ſupplicatū eſt noīe vtriuſq; ꝛ cauſa eſt cōis. ¶Contrariū determinat Bal.g glo.in.l.creditor.in p̄in.ff.man.q̄ alibi Bald. reputat ſing.in l.amplioꝛē.circa fi.p̄in.C.de temp.ap. ¶†Adde Bal. in pul
3 chꝛioꝛibus terminis quādo duo ſe obligarūt inſolidū cum iuramēto in inſtrumēto,ꝛ vnus petit abſolutionē a iuramento in foꝛo eccleſiaſtico volēs ꝑbare inſtrumētū eſſe vſurariū ꝛ ꝓpter ea facit ꝓhiberi iudici ſeculari q̄ poterit fieri execution 2tra aliū debitorē iuratū ꝑ gl.in.d.l.creditor.in p̄n.ſm Bal.in.c.ex parte ade.in.vij.col.de cōſti. ¶Adde etiā in ſimili Bal. in.l.ſi. per illū text.C.de fideiuſ.ꝛ in.l.per diuerſa.in.gv.q.C. manda. poſt Jo.an.in addi.Spe.in ti.de ceſſio.ꝛ act.ad fin. ¶Jtē ad iſtā.l. adde q̄ dicit Ang.in.ẜ.hinc nobis.ad fi.l auc.de here.ꝛ fal.q̄
4 †cōſultor dans vnicā reſponſionē duabus queſtionibus vide bitur ambabus rūdere ſi vtriq; adaptatur reſponſio. ¶Adde etiā regulā quā etiā no.do.Ant.de bu.i.c.j.p illū text. de pact. q̄ †vbi ſiūt due interrogationes ꝛ vna hꝫ dependentiā ab alia
5 reſpondēs p̄incipali affirmādo videt ſimiliter rūdere acceſſorie affirmādo:ꝛ p hoc infert q̄ ſi aliquis iterrogat an ꝓmittat dare cētū ꝛ caſu quo nō det ꝓmittat dare certam penā ſi reſpōdebat ꝓmitto centū:videt etiā reſpondere de pena.ſed iſtud reprobat ibi Jmo.q: ſi reſpōſio fuiſſet ſimplex q: ſolū dixiſſet ꝓ mitto verū diceret.d.Ant.ẜ ex quo reſpōſio fuit determinata: q: dixit ꝓmitto centū:nō debet extēdi vltra illud q̄ expreſſit.l. quicquid aſtringende.ff.de verb.obl. ¶Cōfirmo p regulā quā expſſe tradit Panor.in.c.iter dilectos.ẜ.ceterū.in.iij.col.de fi. inſtr.ꝛ in.c.ſi.de treu.ꝛ pa.q̄ †ſi petitio fuit indeterminata et
6 ꝛceſſio determinata attendi dz cōceſſio.qō dicit eſſe notandum q: ſepe papa ſignando ſupplicationē reſtringit petitionē: ꝛ tūc nō ꝑdeſt impetrāti dediſſe generalē petitionē: ꝛ dicit Panor. q̄ prīdie habuit in facto. ¶Jtē ad iſtā.l.adde q̄ dicit Bar.in l.ſi ita ſtipulat⁹.ẜ.chryſogon⁹.ff.de verb.ob. q̄ ſi dico ꝓmittis mihi ꝛ titio,ꝛ reſpōdes ꝓmitto:ſ.telligit de vtroq; ꝛ hoc clarū eſt ſm eū,ꝑ tex.inſti.de ſuo.re.in p̄n. Jtē ad iſtā legē vide text. no.in.ẜ.ad hec.in ẋ.ſi aūt pater.in auc.vt liceat matri ꝛ auie.
